



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

41 Collegium Aduocatorum Consistorialium subiacet Vicecancellario.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

TERTIVM. 157

missiones ; quod profectò in omnibus conuenit Aduocatis Consistorialibus, iuste propterea recensendis inter Referendarios .

Qua ratione * Collegium Ad-
uocatorum Consistorialium su-
biacet ViceCancellario , qui in
concernentibus Iustitiam , &
Commissiones causarum olim
præcipuum locum obtinebat in
Curia Romana , quod etiam
animaduertit Æneas Sylvius
tunc Præsbyter Cardinalis tit.
Sanctæ Sabinæ , & Episcopus
Senensis ad Pontificatum mox
euectus sub nomine Pii Secundi
in Apologetica Ad Martinum
Mayer pag. mihi 737. ibi, Alterum
est officium Vicecancellaria-
tus &c. Vicecancellario subser-
uiunt

158 CAPVT

uiunt Auditores, &c. & Aduo-
catorum nobilis ordo &c.

42 Præterea * conuocatur Con-
sistorium publicum pro Canon-
izatione Sanctorum, sicut præ-
ter Cæremoniale asserit Cohel-
lius de Notitia Cardinalatus
cap. 15. Congregatione 1. pag. 42,
in fine, & in his publicis Con-
sistoriis ut plurimùm Sancto-
rum Canonizationes præfigun-
tur, in quibus Aduocatus Con-
sistorialis consueuerat olim in
principio petere à Summo Pon-
tifice, vt circa merita Canoni-
zandi audirentur Prælati, qui
erant sex, aut octo, & succe-
sivè narrantes merita Canoni-
zandi, & supplicantes pro illius
canonizatione, postmodum ip-
se -